Angelo ephesi ecclesie scribe:
Hec dicit qui tenet septem
stellas in dextera sua. qui
ambulat in medio septem candelabrorum
aureorum. Scio opera tua. et laborem
et patientiam tuam. et quia non potes
portare malos. et temptasti eos
qui se dicunt apostolos esse. et non
sunt. et invenisti eos mendaces
et patientiam habes. et sustinuisti
propter nomen meum et non defecisti.
Sed habeo adversum te. quod caritatem
tuam plurimam reliquisti.
Memento unde cecideris. et age pe-
nitentiam. et prima opera fac.
Sin autem venio tibi. et movebo cande-
labrum tuum de loco suo. nisi penitenti-
am egeris. Sed hoc habes in quid
quia odisti facta nicolaitarum
que et ego odi dicit dominus.
Qui habet aurem audiat. audiat
quid spiritus dicat ecclesiis.
Vincenti dabo edere de ligno vite.
quod est in paradiso dei mei.

INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTA ECCLESIE IN LIBRO SECUNDO

Angelo ephesi. ecclesie scribe.
A sub unius appellatione
angeli. omnium sanctorum numerum
signat. Ephesi autem quod est
voluntas sive consilium meum.
catholicum ut superius memoravimus.

Madrid. Bibl. Nac. Nº B31. Beatus manuscript of King Ferdinand I, from San Isidoro de Leon. Facundus scripsit dated 1047.
Photo J. Pierpont Morgan Library. Exped. Walter W.S.Cook.1926.

2011 Ministerio de Cultura